



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

Verba Apocalypseos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

## TRACTATUS VII.

## IN CAPUT IV.

Duo Capita, quartum & quintum, habent inter se connexionem: quia est Visio sedentis in Throno, & Libri quem Agnus accipit ex ejus dextera. Retineamus divisionem Capitum: & prosequamur per Tractatus duos connexos.

## VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 4. Versu 1.) Post hæc vidi: & ecce ostium apertum in cœlo: & vox prima, quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi, quæ oportet fieri post hæc. (v. 2.) Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. (v. 3.) & qui sedebat, similis erat aspectui lapidis jaspidis & sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visionis maragdinæ. (v. 4.) Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circum amicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea. (v. 5.) Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei. (v. 6.) Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis, ante & retro. (v. 7.) Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti. (v. 8.) Et quatuor animalia, singula eorum, habebant alas serenas: & in circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant, die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. (v. 9.) Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum. (v. 10.) procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viventem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes: (v. 11.) Dignus es Dominus Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

§. I.